



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 52. Joannis Dominici Paracciani Cardinalis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII.
A.C. 1721.

§. LII.

Joannis Dominici Paraciani Cardinalis extrema.

Hujus vestigia pari mortis necessitate *Guarnac.*
pressit Joannes Dominicus Parac *vit. Card.*
cianus Romæ nobilibus ortus Parenti- *t. I. p. 102.*
bus, a quibus piam, liberalemque e- *Vit. Card.*
ducationem hausit. Ut vividi erat in- *t. I. p. 276.*
genii, patiensque laboris, mature ad-
modum ad humaniora literarum studia
sic accessit, ut nondum adolescentiam
egressus, jamjam severiorum artium co-
gnitione dives, a Clemente X. inter Præ-
fates Romanæ Curiæ ad scriberetur. Non-
dum meritis congruum erat hoc honoris
præmium; unde cum Jurisprudentiæ
fama inclaresceret, paulopost utriusque
signaturæ, ut vocant referendarius, Ur-
bisque Beneventanæ Præses renuntia-
tus est. Hunc magistratum tanta pru-
dentiæ ac integritatis laude gesserat,
ut propterea honorifice Romam revo-
catus, inter Præfates sacræ Consulta-
tionis & Signaturæ Justitiæ suffragium
ferret: Exin per varios gradus ad plura
alia Ecclesiæ munia strenue obeunda
dispositus, præprimis a Cardinale Bar-
berino in Archipresbyterum Basilicæ
Vaticanæ, suumque Vicarium ac Judi-
cem electus, ejusdem Cardinalis no-

Q 4

mine

Sæc. XVIII. mine præfuit comitiis in Cænobio S.
A. C. 1721. Eusebii a Monachis Cælestiniis celebra-
tis, eosque privatis contentionibus
scissos ad concordiam reduxit, pluri-
busque aliis piis locis Rector datus,
pietatem, atque eximiam vigiliam
exhibuit. Tot meritorum suffragio
regendas urbes Maceratensem, Firme-
nam & Albanensem selectus, a Cle-
mente XI. Assessor Pontificius renun-
tiabatur, quo munere per sexenium
functus, gravissimas caussas discussit
decidit. Demum Romana Purpura de-
coratus, totum sese, suamque profun-
dissimam Juris cognitionem in Ecclesiæ
Sedisque Apostolicæ utilitatem impe-
dit. Obibat insuper munus magni, u-
vocant, *Fanitentiarii*, ejusque open-
utebatur Pontifex pro recuperanda Co-
macensi Urbe. Attamen Paraccianus
ad populos pastorali sollicitudine regen-
dos vocatus, Ecclesiæ Senogallienus
Episcopus admovetur. Infixam animo
religionem colens, ut ea in suo etiam
Clero ac grege altas ageret radices
unice intentus, integerrimis moribus
& doctrina præstantes Viros regimini
Ecclesiarum præfecit, ac temporali e-
tiam, ut Patrem decebat, populi salutem
consuleus, illum summa annonæ cari-
tate laborantem liberali manu subleva-
vit. Eosdem populos Adriatico mar-
adj
ali
ex
ser
ver
ron
ær
Ro
&
gr
ali
qu
ma
qu
fir
te
ni
ce
sc
to
in
vi
fe
di
di
X
q
d
p
r
l
i
j

adjacentes, proin crebris Turcarum, Sæc. XVII.
aliorumque Piratarum excursionibus A. C. 1721.
expositos, implorato Pontificis auxilio,
servavit incolumes, ac quadraginta Ci-
ves Senogallenses in miseram Barba-
rorum servitutem abstractos potissimum
ære suo citissime redemit. Inde vero
Romam revocatus, in Vicarium Urbis
& Orbis nominatus, duarumque Con-
gregationum Præfectura honoratus, in
aliis decem ejusmodi Patrum Cætibus,
quibus accensitus erat, nihil ad sum-
mam diligentiam desiderandum reli-
quit, sed semper usque ad obitum suum
singulari fidelitate, prudentia, ac dex-
teritate eminuit: unde merito ab om-
nibus supremo dignissimus Pontificatu
celebratus, abs dubio ad prima con-
scendisset subsellia, nisi in medio meri-
torum cursu ipsoque Pontificii regiminis
interregno intempestiva mors eidem
vitæ filum abscidisset: imminutis enim
fensim viribus, sacris ex comitiis Me-
diorum consilio ad Palatium suum de-
ductus, die octava Maij, qua Innocentius
XIII. eliebat, tali mentis affectu,
qui tam præclarum Ecclesiæ Præfulem
decebat, spiritum Deo reddidit, com-
pletis septuaginta quatuor ætatis suæ an-
nis. Corpus ejus magnifico funeris appa-
ratu ad Ecclesiam sancti Rochi translatum
in Sacello ejus gentilitio conditum est.

Q 5

Erat



Sæc. XVIII. Erat in aliorum consuetudine plane
 A. C. 1721. affabilis, præstanti virtute atque in-
 tegritate ornatus, eximius iustitiae col-
 tor, meritorum suorum parcissimus
 æstimator, ab omni fastu honorisque
 ambitione alienissimus, in rebus tam
 publicis quam Ecclesiasticis longe ver-
 satissimus, atque eruditiois ubertata
 nemini secundus.

§. LIII.

*Franciscus de Mailly Cardinalis
 mortuus.*

Dorsan. Tertius ex Purpuratis hoc anno de-
Journ. t. 2. natis erat Franciscus de Mailly na-
pag. 404. tione Gallus, de cuius immoto Re-
Vit. Franc. gionis studio jam sæpius mentiones
de Mailly. fecimus. Parentes habuit generis no-
 bilitate, ac virtutum decore conside-
 cuos, Ludovicum Marchionem de
 Mailly & Joannem Marchionissam de
 Nesle. Horum stimulis adactus, ma-
 gis tamen propria ingenii felicitate
 studi ardore, & egregia fretus in-
 dole, studiis literarum impense inca-
 buit, suorumque Præceptorum sole-
 tiam præcoci discendi aviditate pre-
 vertens, in Sorbonica Domo Doctora-
 tus Lauream consecutus est, omni lite-
 rarum cultu & ornamentis indies cre-
 scens. Unde haud mirum, quod juve-